apparuit. Qua uisa custos uerum
corporale lauit et maculam abluit:
sed mox ut iuuencula manu apposu
it. mox eadem apparuit. Delatum est
miraculum ad magistram: musicete
sunt oraciones. reuelata est causa:
quesitum est et inuentum. fuerat e
nim impregnata occulte: et ideo tac
tu corporalis indigna. Quamtum deo
mundi manus placeant ad idem mi
nisterium. sequens docet exemplum.

De corporali quod godeschalcus p medi
um et diuina uirtus reparauit.

Godeschalcus Capl' lxvii.
De uolimuersheim cuius supra
memini. cum die quadam corporale
cum sacrista extendisset ad polienduṁ.
illud q̃ per medium cinxisset: custos
illud complicans in theca reposuit.
Postea illud explicans cum integrum
reperisset miratus est ualde: sancti
tam predicti sacerdotis illud asseribẽs.
Quantum grate in consecracione vini
tus corporalis meruerit uirgo de qui
do: habes supra in distinctione sep
tima. capl̃o uicesimo. Igitur paschal
rum immolatus est xp̃c. spẽ enim uerus
est agnus: qui abstulit peccata mũ
di. Sine esu huius agni securi non
egredientur de egipto: id est de hoc
mundo. Differencia et modus comes
tionis uetuslata sunt. Sic illum come
dere studeamus. ut eius uirtute de
deserto mire religionis puenire uale
amus in terram uere promissionis.
in qua per ipsum et cum ipso ultimum et
eternum pascha celebrare mereamur.
Amen. Explicit nona distinctio
de Sacramento corporis christi xpi.

Incipit capitula decime distinctionis
de miraculis. Capitulum.

Quid sit miraculum. primum.
a quo uel a quibus fiant. sed
in quibus. que etiam sit causa miraculorum.
De winando qui infra vnam horam
ab iherusalem translatus est in dyocesim
leodiensem. iii.
De monacho idiota qui in somnis
accepit graciam predicandi. iiii.
De clerico qui per minucionem litterata
ram perdidit. et rursum recepit eandem
anno reuoluto sanguinem minuendo.
De conuerso eberbacense cuius v.
tactu infirmi sanabantur. vi.
De monacho contemptore temporalium
cuius tactu uestimentorum infirmi curabantur.
De rustico foruiam in hermersbach vii.
incluso et per sancti Jacobum liberato.
De abbate qui in caritate a viii.
monacho suo admonitus carnes comedit.
De monacho qui carnem fendum ix.
cepit comedere cum abbas suo obedire
noller ad esum carnium. x.
De femina a demonio liberata et
ab eodem ob inobedienciam confracta.
De demone quem albertus xi.
scodehart iocularitter eiecit. xii.
De theoderico milite de culant qui in
fluxu sanguinis laborans sarracenos
miraculose fugauit. xiii.
De milite cuius tunica collecta ob
perfectionem dominicanam repleta est
miraculose. xiiii
De conuerso cuius oracione olla
confracta miraculose reparata est.
De conuerso ob cuius xv
obedienciam pisa in agro sicuans mira
culose uersa est. xvi.

De sophia abbatissa cui tenuis cerusia
uersa est in vinum. xvii.
De pistrice blasphemante cuius pasta
uersa est in sanguinem. xviii.
De octone de schonenburgh qui per totam
quadragesimam carnes comedit et post pas
cha illas uesci non potuit. xix.
De crucifixo apud sanctum goarem vulne
rato de quo sanguis exiuit. xx.
Item de cruce lanceata cui silex contigit.
De furibus qui in transito xxi.
crucem furati sunt et suspensi. xxii.
De matrona que sine dolore peperit ci
consensum dauit in matrimonio signacione.
De diuisione solis in tres partes. xxiii.
Item de eclipsi solis in xxiiii.
morte philippi regis. xxv.
De stella que uisa est colonie post meridiem.
Item de stella maxima que xxvi.
apparuit post solis occasum. xxvii.
De tonitruo et fulmine in uigilia sci
mathie apostoli. xxviii.
De theatro in saxonia fulminato. xxix.
De sacerdote in elyzacia fulminato.
De rychwino per tonitruum xxx.
a predonibus liberato. xxxi.
De uidua que mensuras suas ponens
contra ignem domum suam ab incendio
liberauit. xxxii.
De cane lusatiense cuius uestis combusta
est cum custodia miraculose. xxxiii.
Item de pomo combusto zona cruris
que cum ligata fuerat illesa. xxxiiii.
De clerico qui a meretrice infamatus
mendacium non sensit. xxxv.
De pistatore fornicario qui cundens fer
rum ab confessione non lesit et postea
reuiuiscente aqua frigida combussit.
De uiatore mendicante quem xxxvi.
frigidum ferrum mussit. xxxvii.
De crucibus que apparuerunt in frisia
in acre tempore predicationis crucis.
Item de cruce que apparuit xxxviii.
in suterhusen iuxta solem. xxxix
Item de alia cruce que uisa est in uilla
dochme prouincia frisie. xl.
Item de crucibus que uise sunt eodem tempore
iuxta coloniam in uilla hellendorp. xli.
De nube que in saxonia cadens multos
submersit. xlii.
De puero monstruoso post baptismum
sanato. xliii.
De pagano apud babylonem baptizato
et sanato. xliiii.
Item de auctore huius dyalogi qui
beneficio baptismi conualuit. xlv.
De cane qui a scolaribus baptizatus
uersus est in rabiem. xlvi.
De richardo rege anglie et periculo
eius in mari. xlvii.
De pressuris que facte sunt nostris temporibus.
De terremotu in cypro. xlviii.
De terremotu in brixia. xlix.
De terremotu in colonia. l.
De igne qui de celo cadere uisus est in li.
terra comitis de monte. lii.
De homine de fodina in qua p annum
iacuerat obrutus mirabiliter liberato.
De homine qui sacramentum iuratum liii.
irridens puluere suffocatus est. liiii.
De conuerso subulco et arbore eius
meritis scissa. lv.
De puella et filio in signum stabilitatis
eius fusso. lvi.
De auicula meritis sancti thome epis
copi a miluo liberata. lvii.
De columbis quibus miles licentiam
dedit auolandi.

De cyrcinis quibus petrus asterniensis lvm.
benedictionem dedit. lvi.
De hoc q hyrundines semper soluta re
petant habitacula. lvii.
De cyrcinis propter adulterium occisis. lviii.
De anulo contradi ppositi Iesoce reperto
De aquis in sanguinem uersis lix.
et piscibus earum. lxm.
De bubalis q custodem suum interfecerunt.
De lupa que scolarem interfecit lxmi.
in carpania. lxv.
De homine cuius omnes liberos lupi
suffocauerunt. lxvi.
De lupo qui puellam traxit in nemus
ut os de gutture soci erueret. lxvii.
De bufone qui plequutus est theode
ricum cognomento cancrum. lxvm.
De bufone qui in phyala bibuli sacerdo
tis repertus est. lxix.
De bufone qui repertus est super altare
uidentibus cum celebrarent sacrophegia.
De serpente qui vulnus lxx.
satellitis suxit et sanauit. lxxi.
De matrona Flandrensi que serpentem
in orbita bibit et in partu eundem effudit.
Item de muliere cui dormienti lxxii.
serpens per os ingressus est et per partum
egressus. Explicuerunt capitula.

Quid sit miraculum. A quo uel a quibus
fiant. seu in quibus. Qui sint casus miraculorum.

Capt. I.

Non sine ra
tione post
sacramen
tum corpis
xpi tracta
tum suspicor
de miracu
lis: quia
qui digne illud contractant uel eo par
ticipant. non minus gloria miraculo
rum illustrantur. Licet enim omnia q
in superioribus distinctionibus dicta
sunt satis sint miraculosa. attamen
in presenti distinctione aliqua de ceteris
miraculosis dicere proposui. Et bene
hoc fieri arbitror in distinctione deci
ma: eo q egiptus decem plagis usque
miraculose sit percussa. No. Quid est
miraculum? No. Miraculum dicimus.
quidquid fit contra solitum cursum na
ture unde miramur. Sed in causas
superiores miraculum nichil est. No.
A quo uel a quibus fiunt miracula?
No. Miracula fiunt deo auctore. sicut
q in psalmo legitur: tu es deus qui
facis mirabilia. Fiunt etiam miracula
tam per malos quam per bonos. De bo
nis questio non est. de malis uero sal
uator dicit in euuangelio: multi dicent
in illa die. dicent. domine in nomine tuo
prophetauimus: et in nomine tuo de
monia eiecimus. A etiam. Quibus tamen
dicet. nescio qui estis. No. Que est cau
sa miraculorum? No. Causa multi
plex est: multiq inexplicabilis. Aliqui
deus miracula operatur in elemen
tis: ut mortalibus ostendat suam po
tentiam. Aliqui gratiam dat linguarum
siue spiritum prophetie: ut manifestet
suam sapientiam. Aliqui gratiam
dat sanitatum: ut suam magnam nobis
reuelet misericordiam. No. In quibus
fiunt miracula? No. In hominibus.
in elementis igne scilicet aere aqua et
terra: in auibus piscibus animalibus
et reptilibus. Que ut magis tibi fiant
nota: aliqua de singulis tibi subiungam

exempla. De sanctis uero qui nostris
fuere temporibus miracula plurima
ubi dicere possem: sed scripta aliorum
silentium michi imponit. Aliqua tamen
ubi referam unde satis miraberis. Nos
tris enim contigit temporibus quod se
quitur. De winando qui ista una hora
ab iherusalem translatus e in diocesi leodi ele
in diocesi leodiensi uilla que . ij .
elselo dicitur. laicus quidam habita
bat religiosus nomine winandus:
matris winandi monachi nisi a quo
nomen traxit auunculus. Hic tempe
quodam peregrinationis gratia. cum
quibusdam prouincie sue hominibus
iherosolimam profectus est. In die uero
paschie cum post sollempnia missarum
se ad reditum illi prepararent: eisque p
dictus winandus ut homo deuotus
suaderet dicens. conueniens est fratres
ut in hac sacratissima die quiescentes.
omnes horas peraudiamus: persuade
non potuit. festinantibus eis ad pa
triam ipse remansit: omniaque diei illius
officia peraudiens. solus post eos die
sequenti iter arripuit. Cui persona
magne reuerencie in equo occurrens.
atque salutans. ait. Cur sic bone homo
solus incedis uel unde uenis? Respon
dente eo ab iherosolimis uenio. et sic
atque sic michi contigit: ille protinus
subiunxit. Ascende et sede post tergum me
um. bene insequemur sodalis tuos. Cum
iam fecisset. eadem die iuxta predictam
uillam eum deposuit dicens. Cognos
cis ubi es? Dicento illo. prouinciam quide
agnosco: sed quid circa me agatur ig
noro. Eques adiecit. Quia iam homo
es: id circo missus sum ut te reduce
rem. Ecce domus tua: uade et enarra
mirabilia eius que circa te gesta sunt.
Quem cum non eius uidissent. dixisset
que ubi sunt socij tui: respondit. Hodie
fui in iherusalem. et reliquerunt me
heri ibidem: precedentes me. Et non
crediderunt ei dicentes. Senex iste deliratt.
Qui statim conciuium subsannacones
declinans. cum pecunia que ei superat
et gratia celestis uectoris. limina bti
iacobi apli petiuit: et antequam socij ei
redirent ipse rediit. Duplici ergo testi
monio glorificatus. peregrinorum
uidelicet q' in paschia in iherusalem
sit relictus. et conciuium q' die sequenti
in elselo sit uisus: ab utrisque magnifi
catus est dnis. tanta mirabilia ubique
diuulgantes. Audi nunc aliqua de p
sonis ordinis nri miracula. De mo
nacho idiota qui in somnis accepit gra
tiam pdicandi. iij.
Relatione quorundam abbatum ordinis nri
didici quod dicturus sum. Monachus
quidam per uisionem nocturnam in ce
leste templum se transpositum uidit: in
quo alba et stola induitus coram dno
euangelium legit. Erat cum diaconus
et idiota. Qui cum legendi benedicti
onem postulasset a dno: hunusmodi
responsum accepit. Ab hac hora habe
as scienciam atque uirtutem predican
di uerbum dei: quoniam scumque tibi fuit
tum fuerit. Lecto uero euuangelio eu
gilans: intellexit q' somnium esset.
Miratus tamen de tam manifesta vi
sione dicebat intra se. Hodie lecturus
es euangelium ad missam. si eiusdem co
loris inueneris stolam qualem in celo
uidisti. uera est uisio. Inuenit uero tem

est dei. ut a sacrista stola consimilis expo
nertur. Mox quasi de uisione certificatus: quid uiderit abbati exposuit. A
quo iussus loqui uerbum dei usque hodie
supremeditate tam excellenter et tam
efficaciter illud proposuit: ut omnes
suos auditores in stupore conuertat.
Alys siquidem temporibus nullus
est litteraturae. No Miraculum salo
monis qui in somnis scientiam accepit
in isto reluitat. Ao Deus enim scientia
rum dns est: aly scientiam miraculose
ut dictum est conferendo: alys non mi
nori miraculo habitam subtrahendo.

De eremo qui per immunionem lecturam
perdidit et cursum anno reuoluto im
medio sanguine recepit eandem. iiii.

Abbas de lapide sci michaelis. ao
tempore capituli generalis per hem
mendode transiens casum mirabilem
minis ibidem recitauit. Fuit apud no
minquit clericus bone ad modum litera
ture. Hic cum die quadam in uena
sanguinem minueret: sic omnem scrip
turarum scientiam perdidit. ut eam p
sanguinem effudisse uideretur. Litteram
ab illa hora non cognouit. latini ser
monis nec unum quidem uerbum intelligere
uel proferre potuit. Et ut nouitis pri
uationem sensus non fuisse in causa. sz
diuinam potentiam: omnem ceru prius ha
bitarum plene retinuit scientiam. Qui
cum tam mirabilem litteraturae sue
iacturam cum dolore multis exposu
isset: quidam ei suasit dicens. Anno
reuoluto. eodem die et eadem hora ure
minuas: forte subtracta requies. Qd
cum fecisset: scientiam pristinam recepit.
A dno factum est illud sicut et potentia.
et est mirabile in oculis nostris. Alys
etiam per alios dns tribuit gratiam
sanitatum.

De conuerso eberbacense cui
tactu infirmi sanabantur. v.

In eberbaco conuersus quidam erat
homo simplex et bonus: etatis decrepi
te. Huic dns tantam contulerat gra
tiam: ut tactu manus eius diuerse in
firmitates fugarentur. Quod ubi se
cularibus compertum est: et utroque
sexu tam diuites quam pauperes. gra
sanitatum ad monasterium confluentes:
iurtutem benedictionis eius senserunt.
Ex quorum concursu uidens abbas fra
trum quietem turbari et domum in
expensis non modicum grauari: eidem
conuerso ne alicui seculari de cetero
manus imponeret precepit. Et cessa
uit ex illa hora in eo iurtus miraculo
rum. Hec michi ante hoc biennium cum
essem in eberbaco. a monachis recita
ta sunt. Ego uero uirum sanctum adi:
et cum rogassem eum ut pro me ora
ret. simpliciter respondit. Corde
ora pro te et pro toto mundo. Nonne
Quibus operibus meretur tanta
gratia? Ao. Exemplo respondeam
tibi non uerbis.

De monacho concepto per tactum uestimentorum
infirmi sanabantur. vi.

Retulit nobis nuper abbas qui
dam ordinis nri. de quodam monacho
cui tanta a dno concessa est gratia:
ut iurtute uestimentorum eius multi
sanarentur. Sepe si tamen adhuc
iuuit. dum fratres uestes eius indu
unt. uel cingulo se cingunt: sanantur.
Quod cum tempore quodam abbas
eius considerasset. nec aliquid spera

lutatus in eo uidisset. hijs uerbis eum
secretius allocutus est. Dic michi fili.
que est causa tantorũ miraculorũ:
Respondit ille. Festo die. Nõ plus
ceteris fratribus ora. non plus ieiunio.
non plus uigilio. non plus laboro: sz
unũ scio. q̃ me extollere non potest
prosperitas. neqz frangere aduersi
tas: siue de persona mea sit siue de
aliorũ. Cui ait dixisset abbas. non te
turbauit q̃ miles talis nuper gran
giam tuam incendit: respondit. Nõ.
Totum enim deo cõmisi. Si modicum
habeo. ei gratiarũ actio acceptione:
si multũ iterũ gratias ago. Et cog
nouit abbas. q̃ causa tantae uirtu
tis esset amor dei: et contemptus re
rũ terrenarum. Sancte uirtutes
fides uidelicet spes. caritas. iustitia.
humilitas. obedientia. zelus disci
pline. atqz compassio. sepe gloria mi
raculorũ remunerantur: sicut sub
sequentibus exemplis declaratur.

de rustico fornacii michilo ĩ hemerbach
et p̃ scũ iacobũ liberato. VII.

Iuxta coloniam due generacones
rusticorũ inter se graues satis inimi
citias exercebant. Ex quibus una in
firmior. in castrũ uicinũ hemerbach
se transtulit. De quo partem aduer
sam satis dampnificans. cum die qua
dam unũ ex eis cepissent: uolentes tres
ex eis aliquid pecunie ab illo extorq̃
re. dicebant. Si non dederis nobis pe
cuniam: punietimus te. Quibus ille
respondit. Tres obulos habeo: eunte
ex eis cuneos et comedite. quia michi
amplius habebitis. Fidemqz habẽs
in deo et in sancto iacobo. subiecit.
Quinqz marcas domi habeo ĩ castra
mea et calcamenta noua. quibus
limina petam sancti iacobi. nõ uobis
dabo illam pecuniã. In die sancti
stephani proficiscitur sum: et ante
ortum diei a uobis recessurus. Mi
rantibus eis uerborũ eius constan
tiam. duos illi compedes ĩposuerũt.
et in fornacem illum mittentes. octo
uitis nocte illa ad custodiendũ. ei
deputauerũt. Quem semel ac secũdo
interrogantes utrũ adhuc ibi esset: q̃
ille tot uicibus respondisset etiam ad
huc sum hic: tertio eadem salutatiõe
michil respondit: quia uirtus fidei
iam illũ clausa fornace edurauerat. De
spe in superioribus multa dicta sũt:
uirtutem uero caritatis sequencia
declarabunt. de abbate qui ĩ caritate
a mõcho suo admonitus carnes comedit

Abbas quidam ordinis nri. VIII.
monacho suo infirmo precepit
in caritate carnes manducare. Ille
mox obediens licet mutus: abbati
respondit dicens. Et ego uos rogo
in caritate eadem: ut mecũ illas come
datis. Cum statim deprecanti cõsen
tiens resedit: morsellũ de scutella tu
lit et comedit. Sequẽti die si bene
meritus in ecclesiam ubi homo q̃dã
a demonio uexabatur deuenit. Roga
tus a circumstantibus ut eũ adiuua
ret: abbas uero in hec uerba prorupit.
Adiuro te immũde spiritus in ea cari
tate qua pridie propter monachũ
meũ carnes comedit. ut exeas ab hoc
homine. Cum mox ad idem uerbum
exiit et fugit: ac si caritatis mãdatũ
sufferre non posset. Quantum deo

caritas placeat: ex uno inobediente
plenius ostenditur. De monacho qui
carne feridu capit comedere cū abbi
suo obedire noluit ad eiu carniu. xx.

Alius quidam abbas cū haberet
monachū infirmū, ut ad recupe
rationē uiriū carnes comederet precepit.
sed ille pertinax nimis precepiente nō
acquiescit. Vt autem deus ostenderet
meliorem esse obedientiam qm̄ stul
tarū victimas: inobediens monachus
mox in rabiem uersus in agrū cucur
rens, ubi canē mortuū inueniens, car
nes eius fetentes auidissime comedere
cepit. Et quia in carnibz peccauit: ī
carnibus punitus est. Quid postea
de eo actum sit ignoro. Hec duo mira
cula michi narrauit magister iohes
decanus aquensis; asserens sibi illa
ueracter recitata. Audiant hec mo
nachi et obediant: neqz inconditam
abstinentiam caritati preponant.
Aliud adhuc referam exemplū. per
quod cognoscas qm̄ bona sit uirtus
caritatis. et qm̄ periculosū sit uitiū
inobedientie. De feia a demonio libera
ta et ab eodē ob inobedientiam cōfracta.

Nobilem quādam feiam. x.
in saxonia dyabolus obsidens,
durissime uexauit. Quam dum pro
remedio sanitatis ad diuersa sancū
limina ministeriales eius duxissent
die quadam sacerdos quidam super
ueniens feminā quidem despectus sed
gratia dei preditus: uexationi illius
compassus est. Et multa eiū caritā
te dnm̄ exorans. demonium eiecit: fe
minā sanitati restituens. Cui dedit
in mandatis ut per dies triginta ī
eodem loco manens cotidie cōmu
nicaret: et singulas horas canonicas
predictarū dierū peraudiret. Quod
cum fecisset nouem diebus, nichil sin
deceps suspicantes abduxerūt eā.
In uia turbine impulsa maximo ar
qz deiecta sic totaliter confracta est
a dyabolo: ut omnia eius membra
humanis uisceribus similima ap
parerent. No Que fuit causa pe
ne tam crudelis? Mo Inobedientia.
Simile habes in dyalogo sā gregorij
de quodam clerico obsesso. et a sō
benedicto liberato. Cui cū precepisset
ne umqm̄ ad sacros ordines accederet
et ille post multos annos transgres
sor existeret: mox eū dyabolus mul
sit tam diu uexans donec spiritū
exalaret. De demone quē albertus
schochart iocularter eiecit. xi

Abbas de nuenburgh qui est
abbatia ditissima nigri ordis
in saxonia: nuper per nos transiēs.
retulit nobis miraculum de miraclē
cuiusdā obsesse iocūdissimū. Est
inquit apud nos miles quidam re
ligiosus albertus nomine cognomē
to scochart. Hic ante conuersionē
in armis erat tam strenuus. in mi
litia tam nominatus: ut pene omis
nobiles terre mre certatim sua mu
nera, dextraria uidelicet et uestimē
ta preciosa dirigerent: quatinus
illum sibi associarent. Die quadā
dum quedam puella duodecim an
norū cuiusdam militis filia. in qua
dam sedens ecclesia exorzizaretur: ī
risum resoluta clamauit. Ecce ami
cus meus uenit. Requirentibus de

quo diceret: respondit illa. Bene uidebi
tis eum. Dicebat enim de predicto milite:
qui eadem hora satis remotus fuerat
ab ecclesia. Qui quanto plus propin
quauit: tanto plus illa exultauit. Et
cum ecclesiam intraret: illa ei assur
gens et manibus plaudens. salutauit
eum dicens. Ecce iste est amicus me
us: redire. sinite illum appropinquare.
Erat enim induitus uestibus purpure
is atq; cultellatis. Qui cum accessisset
ad eam. et diuisset ad illam. sum ego
amicus tuus: Respondit per os puel
le dyabolus. Etiam amicus meus op
timus. omnem enim uoluntatem meam
facis. De quo uerbo miles satis tur
batus est: licet dissimularet. Subri
dens tamen sic ait. Tu demon stultus
es et fatuus. Si prudens esses nobiscum
ad tornamenta pergeres: in quibus
homines capiuntur et occiduntur. Vtquid
sine causa uexas puellam hanc innocu
am que non peccauit: Dicente dy
abolo. si uis ut tecum pergam sine
ut intrem in corpus eius: respondit
miles. Certe non intrabis in me. Et
dyabolus. Concede ut sedeam in sella
tua. Quod cum negasset petiuit in a
liqua parte equi uel frenis: que omnia
negata sunt ei. Ad quem rursum dya
bolus. Non possum pedes currere: si
uis ut tecum eadam. aliquem michi
saltem locum concedas circa te. Si
les uero puelle compassus: aut demo
ni. Si illam noueris deserere. concedam
tibi unam lingulam pallij mei. tali con
dicione ut in nullo me ledas: et tam
diu michi adhereas quam diu tornamen
ta quero. Quando tibi precepero: bo
na tua uoluntate sine contradictione
recedes. Et uicauit ei dyabolus omnes
Non te ledam sed promouebo. Extes
que de puella lingule pallij eius insedit:
mirabili motu se prodens. Ab
illa hora tantum glorie in tornamen
tis militi accessit: ut quos lancea
deicere uellet deiceret. quos capere ca
peret. Cum eunte ibat: et cum loquente
loquebatur. Quando proprius in
ecclesia orabat: dicebat. Modo mur
muras nimis. Quando aqua benedic
ta se aspersit: uerum aiebat. Vide ne
me tangas. Cui miles. Si una gut
ta te tangerit: non michi placebit.
Tempore illo quo crux pdicabatur: cum
miles intraret ecclesiam gracia sig
nacionis: dyabolus illum retrahere
nisus est. Quid hic agis: Respondit
miles. Deo propono seruire: et tibi
renunciare. recede ergo a me. Hec di
cente milite: respondit sathan. Quid
tibi in me displicuit: Nunquam te le
si: sed diuau. Per me gloriosus fuis
es miniis. Attamen tecum manere non
potero nisi consenseas: quia hoc pro
misi. Tunc miles. Ecce crucem iam
suscipio: et ut illuc nunquam reuertar
recedas a me. in nomine crucifixi te
adiuro. Et reliquit eum dyabolus.
Qui mox cruce signatus mare tran
sit: ubi duobus annis xpo militans
reuersus hospitale magnum atq; di
tissimum peregrinis et pauperibus
edificauit. Habebat enim annuatim
in redditibus plus quam trecentas libras
argenti teste prefato abbate. In quo
hospitali usq; hodie cum uxore sua
habitu religioso membris xpi seruit:

religiosorũ dñm maxime ordinis nr̃i
susceptor devotus. Quibus in loco di
cere solet. Vos dñi abbates et vos mo
nachi non estis sancti. nos milites re
namentis operam dantes sc̃i sumus:
quia demones nobis obediũt: illos ex
ercimus. Mo Nescim demones sic io
culariter ejicere posse. Mo Non locus
sed virtus compassionis illũ erat.
Quantũ apud deũ posit caritas atq;
fraterna compassio: subiecto declarat
miraculo. de theodorico milite de rulat
q̃m fluvium sãgũis laborans carracedis
miraculose fugavit. xvi
Frater walterus monachus in
hẹmenrode referre solet miraculum
mirabile: cui se interfuisse memorat.
Cum peregrini in prima expedicione
obsiderent civitatem acharon. cõtigit
quadam die ut egressi sarracenorũ ma
nu violenta propellerent xpianos in
castra sua. Erat autem tũc ibi miles
quidam iuvenis theodericus nomine:
frater dñi cononis de rulant qui ad
huc vivit. Is fluvio sanguinis adeo
laborabat et infirmabatur: q̃ i lecto
suo non per se sed in linteamine ver
tebatur. Hic audito strepitu et clamo
re fugientiũ: interrogavit quid hoc
esset. Et cum audisset rem. iussit sibi
afferri arma sua: et se armari i lecto
sedendo. Tandem strato dextrario suo
et accinctus ense iussit se levari sup
equũ suũ: et fluebat sanguis etiam p
sellam. Accepta q̃ lancea exivit dicẽs
Deus adiuva me et scũm sepulchrum.
Qui tanta vehemẽcia prorupit in sar
racenos transiens et circũgirans. pa
vens et propellens: q̃ omnes xpiani
animati et confortati sunt per eum
solum: adeo q̃ exercitũ hostes a castris.
Quo facto redyit ad lectum infirmita
tis suę: et tercia die mortuus est. Au
di mirẹ de iustitia miraculũ satis glo
riosum. de milite cuius vinea collẽ
ob perfectionẽ decimarũ repleta est

Miles quidam miraculose. xvii.
In dandis suis decimis tanta erat
devotionis ac iustitie. ut ei summũ esset
studiũ illas solvere sine mora sine do
lo sine vexatione. Habebat autem
vineam quãdam que circa decem car
ratas vinu ãnuatim facere solebat.
Tempe quodam ut post patuit ma
gis ex dei dispensatione q̃m ex aeris
intemperie. postq̃m collectum est vi
nũq; expressum: una tantũ inventa
est carrata. Quo audito miles servo
suo verbũ memoria dignũ respõdit.
Quod meũ erat inquit michi dñs tu
lit. ego illi portionẽ suam non auferam: vade et da sacerdoti carratam
hanc pro decima. Quod et factum ẽ.
Eodem tempore militis germanus
sacerdos quidem victa predictam vi
neam transiens. eam vuis referta
vidit: mox q̃ ad fratrem intrans
de negligentia illum arguit dicens.
Quare nondũ collecta est vinea ves
tra: Respondente illo dtu collecta est:
sacerdos subiunxit. Nequaq̃m: iam
illam plenam vidi. Quesitũ est et
inventũ: nec vinq̃m aliquo anno
uberiores fructus fecit quã in illo.
Hec nobis eodem tempe vocata sũt:
et satis doleo q̃ nomen militis sive lo
ci non retinui. Aliud tibi referam de
humilitate miraculũ satis magnũ.

De conuerso cui ora de olla confracta miraculose reparata est. xiiii.

Fuit in hēinehurde conuersus quidam nomine euerhardus. custos medie porte. Is aliquādo egressus cū fratribus carpentarijs tempe hyemis in siluam: eorū utensilia custodiebat et cibaria preparabat. Vna dierū cum soluto tardius fuisset ad uigilias. egressis fratribus ad laborem. que oraciones suas accelerabat: ut illis pulmentaria tempestiuius preparare potuisset. Inter oradum apposuit ollam eream foco: sed aquam oblitus est infundere. Post horam olera impositurus inuenit ollam candentem: subito q̄ turbatus et factus sine consilio. ut subueniret olle aquam frigidam infudit. At illa ut sue nature est. dissiliendo statim confracta est. Illā uero ollam in qua laborantes procuraret non habens. genua ad oracionem flexit: et cum lacrimis deum supplicter ploauit. ut misericordiam et consilium sibi daret: quatenus pro nomine suo laborantes exspectato non priuarentur edulio. Dius dis humilitatem ministerij eius attendens: oracionem eius exaudiuit. Qui surgens ab oracione. ollā eandē iuncta se integram stare conspexit. Gracias igitur deo agens. ollam arripuit aquam infudit. ignique admouit olera impositurus: et ea q̄m uelocius potuit coquit. Quibus sufficienter decoctis. horam tertiā signauit: et fratres oracione completa ad refectiendū consederūt. Post refectionē autem professi sunt: quia toto illo tempore quo ibi demorati fuerant. tā bona olera non comedissent. Simul et mirati sunt. q̄ citius solito terciā signasset: cum ille ex diuerso ipsos indignantes putasset. q̄ tardius solito eam pulsasset. Fuit ergo in deuocōe illa horam sibi plurimā preterisse credidit. quia diuine cooperacionis inestimabilem dispensacōem non plene sentiebat. De obedientia uero subiugam miraculū: iamdō excellencius.

De conuerso ob cui⁹ obedientiā pisa in agro siccās uersa est in prefata domo conuersi. xv.

Pisa messuerant. Que dum ad siccandū sparsa iaceret in agro: uenerūt idem conuersi ad priorem dicentes. Nisi totus conuentus egreat nec non et infirmi. pisa q̄ iacent: tota peribit. Timebant enim pluuiam imminentē. Et precepit prior omnibus qui ire possent. ut se prepararent. Mox ex infirmitoriō conuersorū frater quidam simplex exiens. ex multo feruore obedientie ante omnes festinabat: et cum illi agro in quo pisa iacebat propinquasset. illa mirū in modū in oculis eius per diuersa loca se uertebat. Quod ubi uidit: deo gracias agens redijt. Cui prior occurrens ait. Cur reuerteris frater? Respondit ille. Dñe non est necesse ut procedatis: quia pisa totaliter uersa est. Quis inquit uertit illa? Respondente humiliter conuerso. ille qui bene facere potuit: prior uiuita esse comperit. non aliq̄ multa ām in oracione cum conuentu reuisus

est. No jam non ambigo quin mag
na sit utilitas obedientie: que tanto
miraculo remuneratur. No Sicut
deus obedientiam in subiectis: ita ze
lum discipline diligit in prelatis. De
sophia abbissa ant temtis cerusia
in ignemente uersa est in uinum. xvi
Como sanctimonialium ordinis nri q
abbatissa nro commissa est anno preteito
abbatissa quedam defuncta est: nomine
sophia. Hec tam feruens et tam rigida
fuit circa disciplinam: ut sorores sepe
turbate quod erat uirtutis uitium iu
dicarent. Huic aliquando temtis cer
usia est in uinum conuersa. Quam
etiam angelus dni quadam nocte
cum de matutinis exiret cum laterna
antecedebat. Hec duo miracula in
extremis confessa est abbatissa nro dno
fratribus. Hic cum canonicus esset in
ecclesia bimensi. et ipsa sanctimoni
alis in apt kuchen que est domus ni
gri ordinis. deo inspirante ille celic
tas omnibus conuersionis gratia ad
dnm uram uenit: et ipsa pro eius
perseuerantia quanto intentius po
tuit dno supplicauit. Paucis diebus
elapsis cum a fratribus suis carnalibus
vi fuisset reductus. ante habitus suc
cepationem: ipsa iam desperans dimi
sit oratione. Quam ipse mox sumpt
nus ob hoc arguens. et ut omissas ora
ciones reinciperet admonens. adiecit.
Primam missam meam audies in or
dine cisterciensi. Quod ita dei nutu
factum est. Nam ipse ad nos redijt. et
ipsa habitum mutauit: sicut in monte
sce walburgis ubi tunc promissa fuit
primam eius missam audiuit. Sicut
autem deus bonis et amara quoq;
cum gratarum actione gustantibus
conuertit in dulcedinem: ita aliquando
ingratis dulcia in amaritudinem. De
pistrice blasphemante ant pasta in
simum uersa est. xvii.
Cum post confirmationem octo
nis in regno tanta esset habundancia
annone. ut in episcopatu coloniensi
maldrum quinq; uel sex denariis multo
tempore uenderetur: contigit in qua
dam eiusdem diocesis uilla cuius no
men ignoro. miraculum dignum me
moria. Pistrix quedam panes ad
coquendum formauerat. Et qa tempe
habundancie pistrices modicum lucra
tur: illa commota clamauit ad puerum
suum. Mutamus hunc fumum in cibum
num. Iusto dei iudicio fum est ei secun
uerbum suum. et pasta pulcherrima p
deo mone conuersa est in fimum. Et
trahentes uero panes cum repercussent
formam non substantiam. corruit: et
fimum fimo miscens tantum miraculum
celare non potuit. Marcianus
monachus noster tunc temporis cel
lerarius partem unius panis no
bis attulit: quem curiosius consid
rantes nichil in eo uidimus nisi fi
mum conglutinatum. Valde enim celebre
fum est hoc miraculum tempore eodem.
Sepe etiam deus homines in ea re qua
peccant punit. Verbi gratia. De
ottone de schonenburg qui p totam
quadragesimam carnes comedit et p pascha
Nobilis uir otto de sconenburch patre suo exul
tente et illa parte maris in seruitio
dni: ipse iniquo egit contra dnm et

aduersus seruũ eius parentẽ propũ.
Nam sicut ipse suis auxiliarijs condu
cerat. cures quidi quod iam dicto cas
tro actinet dolose quasi aliquid cum
eis tractaturus capere et exactionẽ
in eos facere proponebat. Qui cum
p̃munuti fugissent: uxores eorũ et
liberos spoliauit. Et quia tam iniq
egit contra suos: dns plaga insana
bili illum percussit. Addita est et pe
na mirabilis. Nam in preterita qua
dragesima. tantũ appetitũ habuit
carnes comedendi: ut non solum eas
non carere uellet. imo etiam cocum
suũ ad comedendũ illas secũ vt com
pelleret. Quas cũ pertinacius man
ducasset per totam quadragesimã
usq; ad sextam feriam ante pascha.
dixerũt ei quidam. Dñe. hodie dies
est dñice passionis. dies xpiane afflic
cionis: hodie carnes omnino come
dere non licet. Qui bus respondit. E
go hodie comedam sicut hactenus
comedi. Mira res. In ipso sacratissimo
die pasche quãdo carnes benedicũtur.
et fidelibus per sacram cõmunionẽ
illas comedere licenciãtur: ipse illis
ob predictã transgressionẽ iusto dei
iudicio uesci non potuit: piscibus
deinceps utens usq; in diem mortis
sue. Sic Justus est dns. Sic Ad hono
rem dñi saluatoris de eius sacra ymã
gine aliqua subnectam exempla:
deinde ueniam ad elementa. De
crucifixo apud scũ goarem vulne
rato de quo sanguis exiuit. xx.

Tempore discordie inter ottonẽ
et philippũ in oratorio sancti
goaris confessoris quod situ est in
territorio treuerensi. et est firmissi
mũ. tum propter situm loci. tũ ꝓpter
structuram: prouinciales se sua q;
transtulerũt. Quo cognito wernerus
de bo lant uir potens et diues. cũ ad
expugnandũ illud arietes machinas
q; applicuisset. nec tamen profecisset:
ymaginẽ crucifixi ligneam hij qui in
tus erant contra hostes in quãdam
fenestram posuerũt. speranteq; ob
illius ueneracionẽ loco parcerẽt. Qui
dam uero ex balistarijs de cruce non
curans. imo locum illum indignãs
telum misit: et sacram ymãm in bra
chio profunde satis vulnerauit. Mor
mirũ in modũ antiqua renouãtur
miracula: et ad instar uene humane
sanguis de loco vulneris cepit stillare.
Timore tanti miraculi postea p̃
dictus wernerus cruce signatus est.
Audiens tanta mirabilia dns philip
pus octirburgensis locũ adijt: de ei
ueritate inquisiuit. Cui cum ab oib;
hoc quod predictũ est diceretur: iude
us qui tunc casu affuit abbatem in
partem traxit dicens. Vere dñe: ue
rissimũ est quod audistis. Et sicut ipse
michi retulit: multo amplius dele
tabatur in testimonio miraculi. Ad
huc telum ibi reseruatur: adhuc vul
nus et sanguinis stigmata illuc ostẽ
duntur. Verumq; abbas noster se
audisse testatur. Sic de cruce laurencij
aliquid simile contigit. xx.

Circa idem tempus octo contra
philippũ ascendens cũ exercitu
usq; wolfenburgh peruenit. Vbi satel
litibus eius quãdam ecclesiam intrã
tibus. vnus ex illis crucifixũ in loco

eminẽti positum. tunica linea et cã
multo studio consuta certum uidit
et contempsit. Quam cã manu nõ
posset attingere: lancea missus est
extrahere. Et quia frunter ymagini
connexa fuit: in diuersis locis illam
pupugit. Dñs uero ut sibi factum
ostenderet quidq̃d eius ymagini ĩ
iuriæ uel contemptus irrogatur: egit
sua potentia ut de singulis punctionibꝫ
sanguis ubertim emanaret. Semel
eũ adhuc mortalis confixus atq̃ lan
ceatus est in terris: et tamen cotidie
sedens ad dexteram patris se configi p
prophetam conqueritur dicens. Et
me crucifigit gens tota die. Quãta
uero pena tales sequatur: sequens
miraculũ declarat. De furibus qui in
transito crucem furati sunt et suspẽ
si. Capl'. xci.

Apud inferius transitum hoc anno
sacrariũ in ecclesia sancti Martini fu
res effringentes: quosdam thesauros
vna cum cruce pretiosissima gẽmis
et auro decorata. asportauerũt. Qui
cum essent plures duobus crucem cõ
mittentes: ipã cum thesauro abierũt.
Mane aũ tantũ sacrilegũ ad noticã
episcopi atq̃ canonicorum peuenisset:
dolentes ualde. maxime de cruce ob
porgonẽ lignũ dñici: milites per di
uersas uias miserũt: qui fugientes
insequerentur. Hi uero qui crucem
portabant: per stratam publicam in
cedebant. Ad quos cum peuenissent
milites: nichil de eis mali suspicantes.
pertransierũt. Xpis uero in quem pec
cauerũt fures a sensu alienauit. gres
sum fecit: ita ut a strata declinantes
paludem intrauerint. nec tamen ma
gis pedibus procedere possent. Altera
uero die predicti milites reuersi: cũ
eos pene in eodem loco et maxime lu
tum calcando uidissent miraculo dere
liquerũt. Isti sunt quos heri hic dimisimus.
Ad quos cum vnus clamasset. bonꝰ
homines male incedimus. quare non
ascendistis stratam tritam: Respon
derũt illi. Bene incedimus: non nos
sollicitetur uestri. Tunc unus ex mi
litibus deo inspirante dixit ad socios
Aliquid istud portendit fortitan rei
sunt: teneamus illos. Ad quos cum
descenderent: crucem paludi immiserũt.
Interrogati uero de furto: respondi
derũt. Nos crucem tulimus. ubi sit si
mus: sed nisi certi de uita simus. mũ
quã illam ostendemus. Quid plura:
Ducũtur ad episcopũ grata crucis
promittitur immunitas: crux oblata
reportatur. extra prouinciã conducũ
tur. Et quia iustus iudex nullũ pec
catũ relinquit inultũ. et sepe peccato
punit peccatũ: permisit ut sequẽti
die iterum ecclesiam infringerent:
in qua capti sunt et suspensi. Adu
Satis euidens fuit hoc miraculum.
Mo Tanta est uirtus crucis: ut et
suis contemptoribus ut dictum est
inferat penam. et uenerantibꝫ illam
restituat sanitatem. De matrona
que sine doloꝛ peperit cũ consensũ
doꝛ ĩ marti signatõe. xcij.

Quum olim uerus scolasticus colo
niensis crucem predicaret in
flandria. sicut ipse nobis retulit: me
reliquus signatus est ibi miles diues
et honestus. Quod ubi uxor eius cognouit:

afflicta est usq; ad mortem. Erat enim
uicina partui. Adquam oliuerius con
silio mariti ingressus: inter uerba com
solationis addidit et hec. Si consilio
meo acquieueris. et uirū tuū xpō mi
litare permiseris: ab imminēti periculo
sine dolore liberaberis. Cumq; illa uer
bis eius placata fuisset: scolasticus
subiecit. Tempore partus uestre mari
ti tui signata te contegas: et crucis
uirtutem sentiet. Solebat enim cū ma
ximis cruciatibus parere. Mira xpi cle
mencia. Instante hora pariendi. illa
non memor consilij. pallio uiri se tex
it: et pene sine omni dolore partum
effudit. Alia de cruce eque miraculosa
in sequentibus tibi recitabo: quia ad
elementorū miracula festino. Noti
Quot sunt elementa? Noti Quatuor
ignis uidelicet. aer. aqua. terra. De
igne elemēto q̄ superiori ad quod stel
le pertinent. primo loco dicendū est.
Postea de ceteris per ordinem. De di
uisione solis in tres partes. xxiii.

Anno dñi Millesimo
ducentesimo sexto. philippo rege
celebrante curiam sollempnem cū
principibus: signū magnū apparu
it in sole. In tres siquidem partes diui
sus est: ita ut interualla essent inter
partem et partem. ad instar lilij tres
flores habentis. Quod ubi notari ce
pit. multi concurrerūt: super tanto
miraculo disputantes. Hermanus
uero lantgrauius interpretatus est.
q̄ unus ex principibus imperij eodem
anno moriturus esset: nec erat idonea
interpretatio eius. Post multā horā
conuenerūt patres: et redintegratū
est corpus solare. Abbas karolus uila
riensis. necnon et monachus eius wi
gerus eidem curie inter fuerūt. que
dicta sunt uiderunt: nobis eodē tēpe
uisa referentes. Facta est hec uisio ter
cio kalendis februarij. Item de eclipsi
solis in morte philippi regis. xxiiii

Mense sequenti scilicet pridie
kalendis martij aliud signū
apparuit in sole: non dico miraculosū
quia naturale. sed magne rei prenos
ticū. Facta siquidem est eclipsis solis
tam magna tempe meridiano: ut
uix aliquid splendoris superesset. Multi
uidentes extimuerūt: dicentes ali
quid magni fore uenturū. In luna
uero signa non defuerūt: que eclipses
magnas solito crebrius passa est.
Et si in stellis signa queris: quod ui
di referam. De stella que uisa est colo
nie post meridiem. xxv.

Post mortem henrici imperatoris
dum de successore colonie in palatio
tractaretur. post meridiem uisa est
stella lucidissima: concurrentibus nobis
in curiam episcopi omnes illam uidi
mus. sed quid portenderet uisio tam in
solita scire non potuimus. Item de stel
la matutina que apparuit p̄ solis oc
casum. xxvi.

Similiter hoc anno
per duas ebdomadas uisa est
post solis occasum stella tante magni
tudinis: ut ad instar ignis splendo
rem de se emitteret. Iudei asserunt eā
signū fuisse sui messie aduentus. Hec
dicta sint de signis stellarū. Porro de
igne etherea. fulmine scilicet atq; tonitru
que ex collisione nubiū gignūtur
aliqua proferam exempla. ut noueris

secũdũ uerba saluatoris terrores de celo
et signa magna etiam hijs temporibus
contigisse. De tonitruo et fulmine
in nocte sancti Mathie. xxvii.

In uigilia sci mathie apli erit biennii
q̃ in colonia contigit res satis miraculosa: quia insolita. In crepusculo eiusdem noctis ignis cadens de celo turri sancti andree incendit: similiter et sepem circa curiam cuiusdam canonici. que per multos ciuiũ labores extincta sunt. Eadem autem nocte glacies fuerat congelata. vnde et miraculum reputabatur: q̃ tonitrua audiri et fulmina uideri poterant. Aliud tibi referam exemplũ terribile satis. De theatro in saxonia fulminato. Capt. xxviii.

Sacerdos quidam de saxonia mihi retulit miraculũ stupẽdum. Hoc inquit anno in terra nra in quodam theatro fulminati sunt triginta hoies: solo sacerdote euadẽte. Fugit enim cum alios arderi uideret. Decebat enim ut ignis quo nichil leuius est: leuitates amatores puniret. No. Miror q̃ sacerdos non est punitus: cum ipse plus ceteris credatur peccasse. No. Sepe deus sacerdotibus parcit. propter ordinẽ. sicut legitur de aaron quem non percussit lepra sed sororẽ: cum tamen legatur sorore nõ minus peccasse. Vel forte aliquid bonum deus in eo preuidit: propter quod illi peccat. Qui uero aliquãdo ob huiusmodi leuitates deus sacerdotes puniat: ipsi est exemplum. De sacerdote in eliza

Eliza fulminato. xxix.

Est uilla in episcopatu treuerensi
elyzana uocata: in qua anno preterito
quarta feria ante natiuitatem sancti
iohannis. contigit hoc grande ac terribile miraculũ. Sacerdos loci hericus nomine. dum sederet in taberna: facta est intemperies aeris maxima. Qui festinãte cum campanario suo in ecclesiam: campanas pulsare cepit tempestas et nebula. et mirabilis strepitus in ecclesia. Veneniscq̃ repente ictus turbinis prostrauit u/ truncq̃. clericũ et campanariũ: ita q̃ campanarius sub clerico iacebat. Campanarius uero in nullo lesus ẽ: clerico extincto. Cuius genitalia exusta sunt: reliquo corpe intacto. Cui filius eius accurrens calcando extinxit. et auulsit. Ex quo patet. formicationem illum fuisse. Vestimenta uero eius ita sunt laceratta. ut nulla particula cohereret solide parti: nec solida esset excepta illa particula in qua depende re solebat manipulus in sinistro brachio. Sed et stiualia sua que noua erant ita sunt dilaccerata: ac si fuisent lis dissipata essent. Solee uero sic sunt facte: ac si in aqua feruida fuissent decocte. Campanarius autẽ in maximo timore ac stupore iacens. uidit demones insultũ facientes i ecclesia: sed et capsula que erat post altare. prosilit super altare. et apertura facta est in ea que adhuc ita remanet. Sũ uero quorũ reliquie ibi sunt. egressi fortiter resistebant demonibus: et firmi est ibidem uehementissimũ certamen. Tandem deuicti demones. cum corpus asportare non possent: preuecti secum abstraxerũt. Refert idem

campanarius q̃ corpus sacerdotis usq̃
ad tectum turris sub qua pulsantes
steterũt. et sub qua prostrati iacebãt.
violencia demonũ aliquociens sit rap
tum: sed beneficio sanctorũ relapsũ.
Auũ clericũ eũdem tũt de novo acq̃
sisse coronam corizando: quã quasi
uiclor iuxta domũ suam suspendit.
ut ibi stulti homines luderent: dance
rent q̃ choreas. Hoc etiam te scire uo
lo et probare exemplo: q̃ sicut deus ut
dictum est malos per fulmina atq̃
tonitrua de celo punit: ita per eadem
aliquãdo bonis succurrit. de richwino
a fidelibus p tonitrui liberato.

Richwinus cellerarius xxx.
noster cũ die quadam tempe
discordie inter sepedictos reges de co
lonia esset: non procul ab urbe plu
res armatos ex latere strate publice
in suis dextrariis sedere conspexit. Qui
bus visis cum satis timeret. vnus ex
eis cursu rapidissimo ad eum uenies:
equũ eius per frenũ tenuit: quẽ his
uerbis superbe allocutus est dicens.
Dñe monache descende: oportet me
habere equũ istum. Hec uerba finierat:
et ecce dñs non uerbo sed tonitruo pre
dom pro seruo suo respondit. Nam cũ
tota illa die nulla fuissent audita to
nitrua. ictus tam ualidissimus mo
mentanee personuit: ut equus satellitis
genibus terram peteret: et ipse mutan
tis tergo uix inhereret. Mox q̃ manũ
a freno monachi retrahens: aut satis
humiliter. Ire in pace: bonus enim uir
estis. Cui ille regratians letus pcessit:
diuinitus se liberatũ recognoscens.
Hec michi idem richwinus ore suo cõ
fessus est. Ao Valde timendus ẽ. cui
sic ether famulatur. Mo Non solum
ignis ethereus. sed et terrenus q̃ lignis
nutritur et ab hominibus succendit
et deseruit: nũc ad creatoris nutũ vim
naturalem cohibendo: nũc in re frigida
non minus miraculose eandem exer
cendo. de uidua que mensuras suas
ponens cont ignẽ domũ suã ab incendio
liberauit. xxxi.

In episcopatu coloniensi oppido imperiali quod duseburgh dici
tur. uidua quedam cerusiã bracare
ac uendere solebat. Die quadam cum
ciuitas casu fuisset incensa ipsam q̃ inci
diũ domui eius approximasset: illa
non habens spem in auxilio humano.
ad diuinũ confugit. Nam omnia sua
uasa quibus cerusiam emptoribus
mensurare solebat: ad ostiũ domus
contra flammas ponens. in multa
cordis sui simplicitate sic orauit dicẽs.
Dñe deus iustus et misericors. si vm
q̃m aliquẽ hominũ hys mensuris
decepi: uolo ut domus hec cõburatur.
Si autem feci quod rectũ est in oculis
tuis. precor: iustitiam tuã: ut in hac
hora misericorditer respicias necessi
tatem meam: et michi meae supeller
tili parcere digneris. Mira fides fe
mine. mira dei humilitas. Is qui dixit. qua
mensura mensi fueritis remetietur
uobis. ac si ei oratione fidelis femine
conclusum fuisset: flammas ostii
in circuitu deuorantes. a domo eius
compescuit: cunctis stupentibus q̃
ignis furens materiam contabul
lambebat nec incendebat. Audi nunc
alia eque miraculosa. de aue suscitatẽ
se cuius uestis combusta est circa

custodita miraculose. xxxii.

Apud Lusanam ciuitatem diocesis colonienſis ciuis quidam in hac ultima expeditione cruce signatus fuit. Eodem tempore ut militem suum diuis temptaret sicut sanctum iob: permisit ut domus eius incendio periret. Flammis uero sopitis cum omnia que incendi poterant in cinerem fuissent redacta: particula uestis eius quam crux occupauerat integra inter faulas reperta est. Et mirati sunt omnes tantam scē crucis uirtutem ubique dilatantes. Simile miraculū in alio loco contigit: sicut audiui a magistro iohanne decano aquensi. Item de ponno obuiato zona crucis circumligata et ul

Reculit michi lesa. xxxiii.

Ret aliud de uirtute sancte crucis miraculū. Matrona quedam inquit crucem susceptam ponno circumligauit: sic q̄ super asserem iuxta principium in quo ignis ardebat utrumq̄ simul ponens abscessit. Casu. ūno quod ueritus est dei mutu. pannū cum cruce in carbones lapsum est. Post modicum femina reuersa. cum repositū quereret nec inueniret: tristis de cruce ignem perscrutata est. Et ecce pannū uidit in carbonē redactū: zonā uero leuauit intactam. Quod pro magno miraculo reputans: predicto iohanni retulit. No Satis est mirabile q̄ idem elementū eodem momento sic in re diuersa naturam suā mutauit. Mo Hoc fieri pro diuersitate meritorum: quibusdam tibi pandam exemplis. de clerico qui a meretrice dānatus incendiū nō sensit. xxxiiii.

Oetungus scolasticus bunensis nuper ueniens de studio parisiensi. historiam retulit satis mirabilē: recentiori tempore illam asserens gestam. Familiam inquit cuiusdam uiri nobilis atq̄ potentis de francia: meretrix speciosa sequebatur. Cum qua cū multi indifferenter peccarēt: clericus quidam religiosus eiusdam nobilis capellanus de subuersione familie dolens. dum hijs uerbis allocutus est dicens. Omnis pene familia uestra meretrix huius contuberuio corrumpitur: quorū pecca omnipotens de manu uestra requiret. Et hoc sciat nobilitas uestra. q̄ meo seruicio carebitis si non fuerit amota. Mox illa uocatur. uerba ei sacerdotis intimantur: ad que sic respondit. Dūe, ex inuidia loquitur hec. Quia uoluptati eius consentire nolui: idcirco me persequitur. Illo respondente. mentitur eū castus est: illa mox subiunxit. Ego celeritus faciam uos experiri ueritatem. Statim accedens ad clericū. sub forma penitentis. lacrimis perfusa post factam confessionē adiecit. Dūe tam uehementer de persona uestra temptata sum. nisi michi consenserē do ignem a uobis sustinēdū extinguatis: uinere non poteo. Ad quod uerbum cum se uir iustus signasset: illa uerbis quibus poterat submouisset: sequenti die iterū uenit. iubaiam dicta repetiuit: hoc etiam adiciens. Si non feceritis quod postulo: ecce meipsam interficio. Quo audito cum plurimū timeret. nec tamen aliquo modo libidini consentire pro

poneret: respondit. Ecce tali die in tali
loco si volueris tecū dormiam: dūmodo
te non interferaris. Sic illa leta animo
recedente. dnm suū mor adiit: et quia
capellanus suus sibi talia promisisset:
verbis procacibus indicavit. Interim cle
ricus scolari suo precepit. ut in designa
to loco lectum ex lignis planis compo
neret: ligna arida cum stramine subi
ceret: deinde linteamine decenter super
tenderet. Quod et factum est. Die vero sta
tuto venit clericus. venit et mulier: sz
clericus stipula prius succensa. lectum
ascendit: illam ut simul ascenderet vo
cavit. Que flammas ex omni parte
cernens exsurgere retrocessit: crebri
usqz vocata. ad tam horrendos am
plexus venire recusavit. Clericus vero
de adventus gratia. non aliter sensit
illum ignem qm̄ ventū roris flantem:
nec est adustus capillus eius. neqz vel
vestimenta eius in aliquo sunt lesa. Quod
ut misera illa vidit. territa. et ad hora
de tam grandi miraculo cōpuncta:
tam dno suo qm̄ ceteris publice con
fessa est. q' sum̄ murū sine causa ex solo
rancore et invidia ob vindictam pre
misse accusationis infamasset. Ipse
vero vir venerabilis non ingratus
deo: ad ordinem se transtulit predica
torū. de piscatore fornicario que cādēs
ferrū ob cōfessionē nō lesit et postea
Referre solet aq̄ cōvivissit. xxxv.
Rdus bernardus de lippa qm̄qz
abbas nūc episcopus in livonia quod
dam miraculū dicens. Novi inquit
piscatorem in episcopatu traiectensi
qui cū quadam femina multo tēpe
fuerat fornicatus. Et quia eius pecū
minus erat notorium. tempe quodam
in synodo imminēti accusari timens.
dicebat intra se. Quid nūc facies mi
ser: Si in hac synodo de fornicatione
accusatus fueris. et confessus: illam
in matrimonio mor ducere cogeris.
si autem negaveris: candenti ferro cō
victus amplius confunderis. Statim
ad sacerdotem veniens. magis ut post
patuit timore pene qm̄ amore vitae hac
pecū confessus est: consilium quesivit et
invenit. Si habes inquit sacerdos fir
mū propositū nūqm̄ peccandi cū illa.
candens ferrū secure poteris portare:
ipm̄qz peccatū negare: spero autem q
virtus confessionis liberabit te. Cōd
ita factum est: cunctis stupentibus quibus
fornicatio innotuerat. Ecce hic ignis
dei potentia sicut in superioribus exē
plis contra naturam vim suam re
strinxit: et sicut in sequentibus audies.
mirabilius incanduit. Quid plura:
Absolvitur homo. Post dies plurī
mos cum alio quodam piscatore
officij sui causa in flumine navigāte.
cū domū predicte mulieris vidissent
aut alter alteri. Valde miror et mi
hi mirū. quare te in synodo nō invisset
ferrū: cum tam manifestū fuisset
tuū pecū. Ille de gratia sibi collata
indigne glorians. eo q' tam volūtarie
fornicandi cum illa concepisset: manu
aquam fluminis percussit et ait. Ec
ce tantū michi nocuit ignis ille. Mi
ra dei iustitia. Qui misericorditer pe
nitentem custodivit. iuste et miracu
lose recidivantē nimis punivit. Nor
ut aquam tetigit: candens ei ferrum
fuit. Quam statim cū clamore valido

retrahens. pelleu dimisit in aqua: omnia
circa se gesta sodo referens. sera ductus
est penitencia. Non discordat ab hoc mi
raculo. quod monachus noster lamber
tus recitare solitus est. de uiatore ince
diario quē frigidū ferrū tullit. xxxvi

Rusticus quidam contra alū
habens inimicias: cuidam ma
lignis hominū de ordine uiatorū quales
multi sunt. pecuniam dedit: ut domū
illius incenderet. Quā sub specie reli
gionis intrauit: et tempore conueniente
incendit. Immemor miserrimus hos
pitalitatis: postqm fuisset reedificata
accepto precio renouauit incendium.
Turbatus homo de damnpno repetito.
omnes de quibus suspicionē habuit
accusauit: qui per ferrū candens se
expurgauerūt. Denuo domus incēsa
reedificata est: et ferrū idem in angulo
eius proiectum. Quid plura? Venit
cursum pseudo uiator ille: antiqua
excruptus auaricia. Humane satis
susceptus. cū ferrū iam dictū uidisset.
et quis eius usus esset interrogasset;
respondit ille. Nescio quis domū hāc
en altera uice incendit; et cum de qui
busdam habuissem suspicionē cādē
illud portauerūt: sed non sūt exusti.
Tunc ille. Ad aliquos usus posset con
uerti. Quod cū nutu dei leuasset: sic
in manu adustus est. ut cum clamore
illud iactaret. Quod ubi pater fami
lias audit: incendiariū per uestem te
nens exclamauit. Vere tu es reus. Mox
ad iudicem ductus. culpam nollet
uellet est confessus: sicq pena rotali
damnpnatus. Multa cū huiusmodi
miracula inuenies in distinctione

confessionis. Vnde hys omissis uide
mus quid deus in miraculorū nrīs tem
poribus operatus sit in aere. Q' ipse
uero dei filius ihs xpis uisus sit in nubi
bus celi. non tamen in maiestate; sed
in humilitate. exemplis ueris ubi po
tero demonstrare. de crucibus q̄ apparuerūt
in frisia i aere tempe pdicatōis crucis

Quum oliuerius scolasticus. xxxvii.
cuius uerbis hic uere crucem p
dicaret in frisia in diocesi monasteri
ensi. uilla bediam. mense maio. sexta
feria ante pentheosten: triplex forma
crucis apparuit in aere. vna candida
uersus aquilonem: alia uersus meri
diem eiusdem coloris. tercia uero me
dio colore colorata: habens crucis pa
tibulū et figurā hominis in ea suspē
sam. eleuatis brachijs et extensis. cum
infixione clauorū in manibus et pe
dibus. et capite inclinato. Hec media
fuit inter duas alias: in quibus nō
erat effigies humani corporis. Ita de
cruce que apparuit in sinterhusen in sole

Alia uice et alio loco. xxxviii.
in uilla frisee sinterhusen. tempe
predicte predicationis crucis: apparu
it iuxta solem vna crux cerulei colo
ris. Item de alia cruce que apparuit i

Tercia in uilla docheym. xxxix.
fuit apparicio in diocesi traiec
tensi. in uilla docheym ubi sanctus bo
nifacius coronatus fuit martirio: ubi
in die martiris eiusdem. cum multa
multa accessissent ad iudicium stato
nem. apparuit crux alba et magna:
ac si trabs ex transuerso trabis artifi
caliter composita fuisset. Hoc signū
uidimus omnes. Verba sūt predicti

oluerit. Mouebatur autem paulatim ab aquilone ad meridiem. Hunc uisiõ interfuerũt dñs henricus abbas nostr. et winandus monachus eius. qui et ipi uiderũt.

Sed de crucibus q̃ uise sunt iuxta coloniã in uilla ellendorpe. xl.

Retulit mihi quedã femina religiosa hoc anno. q̃ modico tempore ante cruces predicationẽ in uilla ellendorp. non multũ distans a colonia. post soles occasum duas cruces uiderit in aere: vnã maiorem et alteram minorem. que paulatim mouebantur ab occidente ad orientẽ. Volens habere testes tanti miraculi quosdam aduocauit: qui et ipi uiderũt. Audi adhuc miraculũ de aere factum: terribile ualde.

De nube que in saxonia cadens multos sõmersit. xli

Hoc anno in saxonia nubes integra de aere cadens inter duo mõtana: multos tam in corporibus q̃m in rebus fuit dampnosa. Tantus eni aquis habũdabat. ut monasteriũ in ualle sitũ peruaderet: et omnẽ in eo animã iuuentem ab homine usq̃ ad pecus extinguereret. Officinas euertit. supellectilem deuerit: septes destruxit. Quũq̃ tantũ monachi in turrim fugientes: ex omnibus saluati sunt. Vocatur autem idem monasteriũ wimẽdenburgh: et est de ordine nigrorum. Deinde idem torrens intollerabilis impetu suo ciuitatem uicinã inuadẽs. cui uocabulũ est isleue. similia operatus est ibi mala. Omnes q̃ ecclesias. mercatõ et omnia ciuitatis habitacula uiolenter intrauit: homines atq̃ iumẽta submersit. Et quia deo non est cura de bobus sed de hominibus: magnũ et memoria dignũ in suffocatis ostendere dignatus est miraculũ. Nam omnes qui transacto diluuio in ecclesiis siue domibus reperti sunt: niueo candore nitebant. Qui autem in theatris siue in tabernis extinti erant: carbonibus nigriores apparebant. Tali eni caractere deus bonos distinguebat et malos. Et q̃ eni loqui cepi de aquis: ostendere tibi uolo quanta deus miracula etiã nris temp̃ibus operatus est in illis.

De puero monstruoso post baptismũ sanato. xlii.

Godefridus magister nouicorũ nostrorũ. ante cõuersionem perochiam quãdam regebat. Hic cum die quadam puerũ baptizaret de cuius latere pendebat caro turpi horroris: mox ut infantem in nomine sce trinitatis tribus uicibus immersit extraxit: monstruosũ illud apostema nusquã comparuit. Quo uiso hi qui aderant glorificauerũt deum: baptismi uirtutem ubiq̃ predicantes.

De pagano apud babilonẽ baptizato et sanato. xliii.

Quando pcis nris exigentibus in obsidione barbarie, xpianus exercitus ex gte ceciderat in manus sarracenorũ: episcopus belluacensis ductus est in babilonem captiuus. et cum eo multi. Cum q̃ satis humane a soldano tractarentur: femina quedam pagana cuius babylonica filiũ habebat sic infirmũ. ut nulla spes uite esset in illo. Facte quadam ostensum est ei in somnis. ut si predictus episcopus illũ baptizaret: mox omnẽ corporis sospitatem recuperaret. Illa sollicita de filio mane

cum familia ac parentibus ad episcopū venit, quū uidere exposuit: baptizare illum humiliter petiuit et obtinuit. Sicut retulit henricus miles de vlmene qui presens erat, baptisterū pagani circumsteterūt et riserunt: quorū risus uersus est in admirationem. Nam adolescens qui desperatus intrauit: baptizatus sanissimus exiuit. Spero q̄ usq̄ hodie in fide xp̄i perseueret: et forte alij eius exemplo credi derūt. Sed quid baptismi uirtutem in alius cōmendo: cū illam mirabiliter satis expertus sim in meetipso.

De auctore huius dyalogi q̄ interiore baptismi consolatur. xliii.

Quum adhuc scolaris parulus tempore quodam sacris laborarem: et semel ac sedo post chrisim redituassem, contigit ut puella ꝗdā paganā quā matrecta mea pecunia comparauerat, baptizaretur. Habebat eā circa decem ānos etatis. Suasum est matri mee ut eodem lītheamine quo illa de baptismo exierat, adhuc madido me inuolueret: et seruet q̄ tacitam sanctam scilicet sanctam. Quod cum factū fuisset: ad actu illius aque sacratissime mox in sudorem erupi et consolatus. Licet enī baptismus medicina sit animē: multi tamen uirtute illius sanitatē corporū consecuti sunt, sicut legitur de tarquinio et chromacio urbis prefecto. Mo Vellem aliquod audire miraculū in aquis simplicibus factum, quibus nec consecratio nec sacri crismatis infusio tribuit uirtutem. Mo Perius tibi adhuc vnū referam de baptismo: cuius uirtutē amplius in re etiam aduersa cognoscēs.

De cane qui uersus est in rabiem cū scholares eū baptizarent. xlv.

Cenipe quodam quidam scolares sacerdotū morem imitantes, in quodam flumine canem sub inuocatione trini nominis baptizauerūt. Canis uero uirtutem tanti nōis sustinere non ualens: mox illis uidentibus uersus est in rabiem. Audi nūc de quo satis mirari poteris. De richardo rege anglie et de periculo eius i mari.

In prima expedicione Capt. xlvi. iherosolimitana r. richardus rex anglorum, cū multitudine peregrinorū copiis q̄ maximis transmiserat. Die quadam circa crepusculū orta est in mari tempestas ualidissima: ita ut naues procellis concusse et ut uētor impulse, mortē omnibus minārēt. Rex uero sicut et ceteri mortem ante oculos habens: tota illa nocte clamauit. O quanto erit tempus in quo grisei monachi surgere solent ad laudandū deum: Tanta enī bona illis fecit: ut non dubitem quin mox ut ceperint pro me orare, dīs nos debeat respicere. Mira fides regis. Dominus uero eundem miraculo fidē regis remuneratuit. Nam circa octauam horam noctis tempe matutinali, monachorū surgencū dīs orationibus exercitatus, et ipse p potentia consurgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas magna. ita ut omnes mirarentur. Ecuersus uero rex, gratia eiusdem miraculi amplius deōmī honorauit:

quasdam domus elemosinis dirando, de nouo alias construendo. Hec de miraculis aquarum sufficiant: quia admiracula terre festinat. De pressuris que facte sunt nris temporibus.

Videtur nris temporibus xlvii. impletum: quod dns in euangelio dicit. Surget gens contra gentem. et regnum aduersus regnum: et terremotus magni erunt per loca. et cetera. Licet de his aliqua dixerim exempla: superadam nunc plura. Nostris temporibus gens sarracenorum duce salatino rege syrie surrexit contra gentem christianorum: a quo capta est ierusalem cum terra sancta. Contra quam gentem perfidam. tres uidimus expeditiones maximas fidelium. Prima fuit sub friderico imperatore. secunda sub henrico filio eius. tertia sub friderico qui hodie imperat. De pestilencijs et fame legimus satis: non in liberis sed in pressuris nostris. Post mortem predicti henrici imperatoris tanta fames erat. ut maldrum siliginis in alemania marca coloniensium. et in quibusdam prouincijs decem et octo solidis uenderetur: et ex magnitudine famis populus innumerabiles extinguebatur. De terremotibus per loca. noua et magna tibi referam miracula. De terremotu in

In anno Cipro. xlviii.

Millesimo ducentesimo vicesimo secundo ab incarnacione dni. sicut narrant quidam de eisdem partibus uenientes. duae ciuitates in cipro a terremotu corruerunt. In vna uero illarum dum episcopus in altari staret missamque celebraret: ecclesia tremefacta cecidit. et tam ipsum quam reliquum populum extinxit. De terremotu in brixia. xlix.

In aduentu dni heretici mediolanenses hereticos qui erant in brixia multa cum uiuctualibus plaustra transmiserunt. In ipsa uero die natiuitatis dni cum conuiuarent. dns terram concussit: et cadentibus edificijs plus quam duodecim milia hominum extinxit. Alii fugientes in campum cum audirent clamores morientium. non fuerunt ausi redire in ciuitatem ad illorum succursum. Mediolanenses uero ciuitatem deserentes. plus quam octo dies in tentorijs habitabant: timore eiusdem terremotus. In pgamo in Cumis. in venecia. in Cypro. in papho et in alijs multis prouincijs atque ciuitatibus eodem tempore multos terruerunt terremotus. sicut mirum. Tot turres tot edificia corruerunt: ut nichil aliud nisi finis mundi mistare uideretur. De terremotu in Colonia. l.

Paruo interuallo post iam dictum terremotum. id est tertio idus ianuarij. factus est colonie et turcia. nouus terremotus tam ualidus: ut parietes edificiorum concussi. ruinam minarentur. Eadem hora abbas noster in monte sancte walburgis erat ante solos cetum missam celebraturus. sic concussus est: ut ex eodem motu male stam lapsuram: et altare cum altari a terra deglutiendum esse timeret. Deinde circa tempus quartum ebdomadarum: aquenses alium terremotum senserunt. Veruntamen tam ualidissimi hijs temporibus ut nosti fuerunt: ut nos non modicum terrore mouerent. In eodem anno de quo nunc loquimur. contigerunt

duo supradicta miracula. scilicet conflagratio theatri. et casus imbris: ut habes in presenti distinctione. de igne qui de celo cadere visus est in territorio

In hac septimana monensi. li.

uigiles cuiusdam castri comitis de monte. sicut ueracter audiui contra celũ respicientes: uiderũt celum ipm̃ aperiri: ignem q̃ de ipso egire. Qui ad aerẽ inferiorem descendens. ad diuersa loca terribiliter satis ac mirabiliter mouebatur: alicui magne rei portẽtum se ostendens. Adhuc habeo quod tibi dicam de miraculis terre. de hoĩe de fodina in qua p ãnũ laborauerat obruto mirabiliter liberato. lij.

In diocesi treuerẽsi uilla cuius nomen est wanebach. iuxta ecclesiam eiusdẽ uille duo homines in argenti fodina laborabant: unus uero inferius: alter superius in margine fosse. Interi lateribus fosse collapsis. homo qui ĩ fundo erat mobilibz terre atq̃ petrarũ obruitur: superior uero cum illis cadens sic contritus est. ut tertia die mo reretur. Vxor autem obruti putans eum defunctũ: missam pro eius aĩa celebrari fecit. Et quia pauperculi erat nec sufficere potuit ad celebrationes missarũ: singulis diebus in ecclesia coram altari pro remedio aĩe eius thus incendit. tribz tantũ diebz neglectis. Quod cũ fecisset per ãnũ integrũ: homines lucri causa purgare ceperũt fodinã. Cumq̃ instrumentis suis obruto propinquassent: clamauit ille. Parcite. parcite: missã sic competenter iniate. ut nõ obruatur me. Illi primũ putantes fantasma esse: cum uocem eius cognouissent. fecerũt ut postulauerat. Iudatus autem cum interrogatus fuisset. q̃ modo ibi tanto tempe uiuere potuisset: respondit. Singulis diebus tali hora diei quodam odore aromatico. ita sufficienter refectus sum: ut tota illa die usq̃ ad eandem horam neq̃ manducare neq̃ bibere delectaret. In toto hoc anno per tres tantũ dies eodem odore carui: et tũc fame pene mortuus fui. Non tamen exprimere potuit uirtutem uel caulam eiusdẽ odoris. Vxor eius de hoc requisita: mox intellexit. quid pro anima eius fecerit. ut predictum est omnibus exposuit. No. Si spiritualia aĩabz impensa sic prosunt corporibz. puto q̃ illis in penis positis multũ possit prodesse: No De hoc satis audies in sequẽtibz. Quantũ enĩ prodest humilibz in sacramentis ecclesie fides et deuotio. tantũ stultis ac superbis eorũdem sacramẽtorũ obest irrisio. de homine qui sacrãmẽtũ cinerũ irridens puluere suffocatus est. liij.

Recitat nobis theodericus monachus noster quodam comes in weda. rem satis mirabilem. Nouit quit in confluentia carnificem hominẽ in officio suo probum satis: nomen illius exprimens. Hic cum tempe quodam tertia feria ante cineres. totam pene noctem in comessationibus expendisset: mane quasi ad abluendas carnes cum quodam suo collega tabernã intrauit. Cumq̃ ad officiũ misse pulsaretur. et fideles ad ecclesiam confluerẽt. nec nõ et eadẽ

taberna: tamq; soli hy duo illic remanentes potarent, aut alter carnifici.
Certe modo nimis diu exspectamus; eamus ergo ad ecclesiam propter sacros cineres. Cui ille misterium cinerum irridendo respondit. Sede; ego tibi dabo cineres, et tu michi. Tollensq; cineres de lare; iactauit super caput eius.
Et ecce mox pena irrisionis subsecuta est. Nam statim arcta caput et faciem tantum sensit puluerem; ac si follibus ei insufflaretur. Cumq; territus exclamaret; tantum ore cineres hausit; ut pene suffocatus fuisset.
Accurrerunt multi; plagam tam mirabilem uidentes. Ductus est in proximam insulam, in qua non pulius sed gramen erat; sed nichil ei profuit. In ceno, in pomerio, in solario, neq; in aliquo loco a turbine cinerum se defendere potuit; a quibus tandem suffocatus, penam luit irrisionis. Ecce, homo de quo supradictum est, deuocionis gracia etiam sub terra uiuere potuit; hunc in aere iamdicta culpa suffocauit. Duo nunc subiciam miracula: primum meruit uirtus humilitatis secundum uirtus castitatis.

De conuersio stabuli et arbore eius meritis sancti Liphardus cuius . liiii.

Liphardus cuius meminimus in distinctione septima, capitio quarto, conuersus fuit in hac mentione. Hic cum esset homo bene natus, ut per humilitatem amplius mereretur, porcos monasterij pascere non desperit; mimo precibus idem officium obtinuit. Die quadam cum iuxta nemus gregem porcorum pasuisset; uidit ibi duas arbores que de uno trunco processerant. Cui cum una placuisset, dixisset q; in corde suo, deus qm idonea esset hec arbor ad alueolos porcorum; mox cecidit, ac si securi succisa fuisset. Ecce non oranti sed cogitanti lignum obediuit. Audi nunc aliud de castitate.

De puella et siluce in signum stabilitatis eius sancto. lv.

Alardus nouicius noster sicut ipse michi retulit, habet materteram nomine iuctam; q; ante conuersionem licet corpore fuisset casta, gestibus tamen minis ostendebatur leuis ac lasciua. Erat enim mobilis.
Hec cum die quadam cum sororibus luderet, germanus eius magne gratiaris clericus affuit. Qui dolens de sororis leuitate; siluem solidissimum de flumine tulit et ait. Prius scindetur lapis iste in manu mea; quam soror mea uicta stabilis fiat ac mouabilis. Deus uero ut ostenderet hominem non esse iudicandum secundum faciem; mox siluem in manu eius scidit. Quod ubi illa comperit, cum uoluntatis, tum miraculo lapidis compuncta; mundis ac seculo ualedixit; et in claustro sanctimonialium cui uocabulum est berhburc, religionis habitum suscepit; eundem lapidem usq; hodie in testimonium castitatis atq; conuersionis sine reseruatus. Hec dicta sint de elementis. Placet nunc audire aliquid miraculosum de hys quem illis mouentur; aliis scilicet piscibus, animalibus ac reptilibus.

Na Placet. Ma Quod dicturus sum utrum scriptum sit an non, ignoro; ego enim illud didici non ex lectione.

sed ex cuiusdam religiosi uiri relatione.

De auicula meritis sci thome epi a matrona miluo liberata. lvi.

Quedam bti thomæ cantuariensem plurimũ diligens, assiduis infirmitatibus laborabat: et cũ doloribus angeretur: eiusdem martyris hys uerbis inuocabat. Sancte thoma adiuua me. Habebat autem nescio cuius generis auiculam, que ex assiduitate audiendi: eandem absolute satis proferre didicerat oratione. Die quadã extra domiciliam miluus eã uidens rapuit: et auolauit. In ipo raptu dũ unguibus illius auis premeretur: cũctis audientibus qui aderant de aere clamauit. Sancte thoma adiuua me. Vt autem mirabilis deus martyris sui merita preclara demonstraret: miluo ut auicula dimitteret precepit. Que statim cũ multa alacritate rediit ad dnãm: et ille raptime sue penam luens, mortuus cecidit in terrã. Mo Quid est q̃ sanctus sue currit periclitanti auicule: et non egrotanti famule? Mo Quia illa aliam uitam non habebat: quam ista per fidem exspectabat. Voluit etiam et ostendere, q̃ dilatio curationis eius nõ foret ex impotentia, sed ex prudentia: quia uirtus in infirmitate perficitur. Audi aliud miraculum.

De columbis quibus miles lineam dedit auolandi. lvii.

Miles quidam ancelinus nomine de uilla lisere, columbas plurimas nutrire solebat. Dictũ est ei quia graiter nutriendo illas peccaret: eo q̃ sata et granaria lederent proximor. Die quadam eis ad comedendũ annonam proiciens: cum omnes essent in unũ coram eo congregate, clara uoce cunctis qui aderant audientibus dicebat. Vos columbe, si dei uoluntas est ut penes me habitetis, manete: si autem, precipio uobis in eius nomine, ut statim recedatis. Ad quod uerbũ, minor omnes columbe simul se leuãtes auolauerũt: neq̃ ultra reuerse sunt ad illa domicilia. Mo Quomõ ibi manere potuerũt contra uoluntatem diuinã? Mo Non fuit dei uoluntas, ut miles easdem columbas nutriret. Putas deo placere cũ misericordes, grues, et ceteri huiusmõi aues ad leuitates nutriũtur? Absit. Possunt tamen alique ut puta cyconie ad necessitates a religiosis nutriri, siue hospitari: de quibus propter occasionem miraculũ tibi recitabo.

De aconitis quibus prior benedictionem dedit et auolauerũt. lviii.

Apud cisterciũ ubi caput est ordinis nri, plurime nidificãt cyconie. Quod ideo a fratribus religiosis permittitur: quia per illas nõ solum monasteriũ, sed omnia in circuitu loca ab inmũdis uermibus mũdantur. Hieme appropinquante recedunt: et tempore certo redeunt. Die quadam cum aues suas ordinasset ad peregrinãdũ: ne hospitalitatis concesse inmemores esse uiderentur. cõuentũ qui eadem hora in campo laborabat petentes: cum q̃ crebrius grutillando circũuolantes, omnes in admiratione uertere: ignorantibus quid peterent. Ad quos prior. Puto q̃

licenciam petant recedendi. Eleuansq; manu benedicit eis. Mox mirum in modum cum multa alacritate simul auolantes: monachis exeuntibus in uiam qui regularem benedictionem accipere siue exspectare pupendunt, magnam uerecundiam incusserunt. Et hoc est quod dns p̃ ieremiam populo suo in propheta dicens. Turtur et hyrundo et ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium dni dei sui. Vo Vbi habitant aues iste in hyeme? Vo In locis uiuis calidis. De hoc q̃ hyrundines sepe solita repetant habitacula. Ixi.

Sicut michi retulit quidam sacerdos, pater aliquis familias plurimos habens nidos hyrundinum in domo sua. et hoc p̃in de quo tu queris discere desiderans: vna ex eis cepit: cartulamq; hec uerba continentem. O hyrundo ubi habitas in hyeme pede eius alligans: abire permisit. Sicbat enim experimento: quia semp loca nec non et habitacula solita repetierent. Illa cum ceteris in asyam uenens: in domo cuiusdam petri indificauit. In cuius pede cum propter ingressus uel exitus cotidianos, predictam cartulam contemplaretur: scire uolens quid esset, auem cepit. cartulam legit. et admouit: alteram q̃ ãnectens tali modo interrogacionem respondit. In asya in domo petri. Quod cum suppditus paterfamilias in reuersione sue hyrundinis didicisset: historiam hanc pro miraculo multis rentauit. De ciconiis uero multa ãmiracione digna tibi re[illegible]tare possem. si non ad uitiosa festinarem. Masculi suas feminas ualde zelant: adulteria grauissime iudicant. Habent tamen femine vnum remedium satis miraculosum. Si ante aduentum sui comparis aquis se immergere potuerit. culpam adulterij ille minime cognoscat: sic q̃ mortem euadit. De ciconia propter adulterium occisa.

In curia cuiusdam militis sicut a quodam religioso uiro ueracter audiui. mirus erat ciconiarum: maris et femine. Illa absente masculo. adulterium admittens: frequenter paludi que domui proxima erat se immersit. Quod cum miles notasset: causam scire uolens. fossam sepibus operiri precepit. Quid plura? Cum illa admisso scelere. solitam aquam peteret: nec ei ingressus pateret: interim masculus uenit. crimen agnouit: adulteram rostro impetiuit. Ad cuius interfectionem cum solus non sufficeret: cum furore auolans. et post horam redeuns. multis ciconiis sibi associatis in oculis omnium qui in curia aderant: miseram interfecit. Sepe enim in scripturis deus animus se comparat. Cui sponsa anima fidelis est. Adulterium uero dicit peccatum mortale. quod a deo separat et diabolo coniungit. Aqua baptismus est uel penitencia. que semper reiteratur. et culpam abluit: ne deus illam uideat ad uindictam. Hijs dictis etiam de piscibus qui de aqua facti sunt unde aues. aliquid tibi miraculosi recitabo. De canulo conradi prepositi in eloce reperto. Ixi.

Conradus prepositus sancti seuerini in colonia. etiam ipositus

erat sanctensis. Hic cū tempe quodā
ad idem oppidū nauigaret. et manus
extra nauim i fluminē lauaret; anu
lus aureus bonus ualde ex eius digito
labens. cecidit in renū. Anno uero se
quenti cum ad iam dictū oppidū iterū
nauigaret. circa eundem locum i quo
anulū perdiderat. piscatores obuiā
habuit: a quibus si aliquos haberēt
pisces inquiri precepit. Responderūt
illi. Habemus elocem vnū qui prepo
sito sanctensi debetur; quem uendere
non audemus. Quibus cum dicerent
ecce prepositus presens est; piscem ei
obtulerunt. Quem cū cocus exente
rasset: anulus prefatus in eius uisce
ribus est repertus. Quem cum celare
non posset nec uellet. preposito eum
ostendit: quem ille mox agnouit. et
non absq; magno miraculo recepit.

de aquis in sanguinē uersis et piscib; Sacerdos quidam earum. Ieri

Et monachus de ordine nigro.
anno preterito retulit michi de aquis
et piscibus rem ualde miraculosam.
In prouincia inquit mea sicut multi
sunt testes. tempore quodam omnes
paludes et fluenta: in sanguinem
uersa sunt. Quorū amaritudinem
cum pisces sustinere non possent: re
lictis aquis aridam petiuerūt. An
guille uero sepes ascendentes. illis q; i
herentes: sic muete sunt. Multitudo
autem piscium in aquis mortua est;
ad instar vnius plage egypti. Aliquid
huic subiciam de bestiis et animalib;
que in terris gradiuntur: quod mira
culosum est.

de bubalis qui custodē suū interfecerunt. Ixiii.

Quum willelmus nouiaus nost
in prima expedicione iherosoli
mitana redire iomā. casum ibi tuic
recentē audiuit: vnde multi mirabā
tur. Bubulcus quidam bubalos iuxta urbem pauerat; uiginti annis
et amplius. Die quadam cum non
procul a pascentib; in agro dormiret;
quatuor ex eis conuenientes. fronte
quasi ad colloquiū coniugebant: et
post horam ad suū pastorem curren
tes. tum pedibus calcando. tū cornib;
uentilando; eum in frusta diuidētes
interfecerunt.

De lupa que scolare interfecit in carpania. Ieiii.

Retulit nobis abbas daniel. de
lupa rem satis mirabilem. In
carpania inquit ubi scolasticus erā.
scolaribus die quadam licenciatis fue
rat ire ad siluas. Qui in meridie lupe
antrū reperientes: catulos omnes
eiecerūt. Quorū pedes vnus lupēm
sua amputauit. Quib; recedentib;
lupa redit: et ut catulorū pedes ipsa
sos uidit. recedentes insecuta: solūmo
do eum qui hoc egerat nimiū furens
impetiuit. Ille uero timens: arborem
ascendit. Quem cum insequi non
posset. cepit vnguibus circa radices
fodere. Et cum sic non proficeret; alī
os lupos aduocauit. Interim nūci
antibus scolaribus. homines de uil
la cum gladiis. cuspidibus. et baculis
ei in auxiliū uenientes. lupos abege
rūt: in medio sui illum ducentes. Iu
pis inuitatis ad horam sequentib;
et redeuntibus: illa sola perseuerauit
uindicare se temptans. multis iona
tibus. Et cum essent proximi ille:

lupa se periculo dans in ulaonem
caulorum. armatorū custodias ir
rupit: et scolaris gule insiliens ipm
extinxit. Que statim occisa est. No
Satis miror q̃ scolarem illum pre
ceteris cognoscere potuit. No Mul
ta huiusmodi fiūt dei iudicio: et q̃b;
vnū est quod sequitur. De homine
cuius omnes liberos suffocauerūt
Homo quidam lupi. lxv.
Iuxta aquisgranum tres habuit
liberos. Eo uero tempore quo phylipp⁹
ibidem coronatus est: multi in prouī
cia lupi uidebantur. Ex quibus vnus
iam dicti hominis infantem extra do
mū reperiens rapuit: quem collo suo
miciens siluas petiuit. Miles quidā
casu per uiam equitans. miserius in
fantis. post lupum cursitauit: eūq;
viuū et incolumē ex dentibus eius
excussit. Non multo post idem puer.
nescio quo dei iudicio a lupo rapitur:
suffocatur et comeditur. Habebat idē
infans sororem maiorem se: que cum
de quadam missa fuisset in agrum
ad hauriendam aquam de fonte. lu
pus multis uidentibus ad illam cucur
rit: et anteqũ homines subuenire
possent. puellam extinxerat. intestina
eius deuorans. Sic homo ille duobus
liberis priuatus. cum tempe quodā
guerre uxorem cū supellectili sua in
ciuitatem transtulisset: tertiū puerū
ad custodiam domus sue quousq;
reuerteretur dimisit. Quem reuer
sus non inuenit. nec postea uidit: et
uerisimile est q̃ a lupo sicut ceteri fu
erit raptus atq; suffocatus. Ex quo
loquimur de lupis. referam tibi de
lupo quod nuper audiui: vnde satis
miratur. De lupo qui puellā traxit
in nemus ut os de gutture sacri sui
iuxta uillam cruenet. lxvi.
cui⁹ nomen excidit. lupus puellam
adulcam minasit: dentibus brachiū
illius tenens. Quam cum secū tra
heret. quociens illa clamare cepit. cla
mantem durius pressit: et tacenti
pepercit. Ducta est ab eo in siluam
ad aliū lupū: cuius gutturi os fue
rat infixū. Qui cū minis torq̃retur.
per os alterius lupi manus puelle
in gutture hyaenis inuiciatur: a qua
os quod inhesserat extrahitur. Sa
natus uero mox cū suo colleqa: pu
ellam ad uillam propriam reduxit.
Hec de bestiis dicta sint. Nunc uero
de uermibus aliqua subiūgam: sic
q̃ distinctionē concludam. De luscō
me qui persecutus est theodericum
cognomento cancrum. lxvii.
In uilla diocesis colomensis nomine
carpania. homo quidam fuerat de
quo michi non constat utrū adhuc
uiuat. religiosus. sed cecus: theoderi
cus nomine. cognomento cancer.
Hic tempore quodam iuuentus sue
dum in agro tribulos aridos leuasset:
bufonē subcis magnū offendit. Qui
cum se contra eum in pedes suos pos
teriores quasi ad pugnā erexisset:
ille iratus arrepto ligno uermē occi
dit. Mirabile dictu. Cum theodericū
nichil minus suspicaretur: uidit bu
fonē extinctū sua insequi uestigia.
Quem cū denuo transfodisset. et mul
tociens concremando mineralisset:
non tamen profecit. Non fuit locus

adeo remotus neq; mundus: qui et ad dormiendū esset tutus. Noctibus per cupe
um timore illius ad trabem suspendebatur. Cum tempe quodam equitaret
cū alio uenatore socio suo, eq; tanta mirabilia conquerendo recitaret; ecce uermem eundem ille uidit caude equi eius inherentē: celeriusq; ad eū scandentē.
Qui mox exclamauit. Caue. caue: en dyabolus equū tuū ascendit. Mox ille desiliens: occidit eum. Alio uidē tēpe sedente eo cū sociis suis, conspicatur sepedictū uermē in poste proximu parietis. Ecce inquit ubi dyabolus ille. Nunqm̄ ab eo liberabor: nisi se uindicauerit. Mox q; mutata cora: sine bat uermē accedere. Quem cū monoxdisset, mordentem manu iactauit: ipsumq; morsum celeriusq; ad hoc preparato absidens. longius p iecit. Et mox ipsa prescisura ob infectionem uenenū ad instar pugni intumuit: et crepuit. Sicq; liberatus est a uermie illa inmundissimo. Postea idem theodericus a quodā milite innocenter exoculatus, tante effectus est religiosiatis: ut semper nudipes incederet; sicq; limina bōrū apl̄orum petri et pauli. necnon et sancti iacobi apud compostellam: multis uiabus frequēt aret. Referam tibi nūc aliud exēplū.

De bufone qui in phiala sacerdotis reperti in berghe uilla diocesis tus est. lxviii

coloniensis sacerdos quidam celebrat: homo satis mirabilis. et gule totus deditus. Nolo eum nominare: spero q; adhuc uitam suam debeat emendare. Huic consuetudo est tempe estiuo. propter incitamenta gule tantū in phialis bibere. id est in cyphis uiteis. De quadam phialam suam uino repletam tollens. cū nescio cui ad potandū illā porrigeret; bufo magnus fundo insedit. De qua uisione ualde territi. mirabātur quomodo corpus tam magnum intrare potuisset: cū eidem uasi quod inferius diffundebatur. esset collum longū et exile nimis. Cumq; sacerdos non posset uermē eicere. neq; uas uellet frangere: in loam unde ipm̄ tulerat reposuit: et post horam reuersus: nichil in eo reperit. Sumtū liquor ille miraculose conuersus fuerat in uermem horridū: ut eius exemplo sacerdos abhorreret ebrietatem. De bufone qui repertus est sup altare indeuotū cū celebraretur sremoniegia. Ixx

Non est diu q; per huiusmodi uermem deus uidens qui corpore et cultu omnino inmūdi sunt: miraculose satis confudit. In uilla proxima q̄ wintere nominatur: tempe quodā uidei illic cōmorantes in domo cuiusdam militis quam conduxerant. q̄sdā sollempnitates celebrabant. Cumq; altare pannis multis ac mūdis operuissent: tempe sacrificii uespertini simul intrantes. sacerdos ad altare accedens. postq; pannos reuoluit: sub eis circa medū altaris maximū bufonem inuenit. Qui cū ex nimio horrore clamasset: accurrere uidei. accurrerūt et xpiani: nec potuit latere uisio tam monstruosa. Plures enim milites et eorū uxores ad spectaculū confluxerant: qui in risum resoluti. uidere cōfusionem augmentauerūt. Per quos etiam recitatum est tunc

temporis dño gerardo abbati nrō: a
quo ego audiui, Noueris etiam uer
mes uenenatos, aliquas uirtutes
habere naturales. De serpente qui
vulnus satellitis suxit et sanauit.

Retulit nobis henricus .lxx.
de foresto miles honestus et ue
rax: rem de serpente mirabilem. Sa
telles inquit quidam iuxta nos anno
preterito vulneratus in latere et male
sanatus: erumpente sanie amplius
torquebatur. Die quadam eū mudato
latere super truncū succise arboris
se reclinasset, ut sanies effluereret: ob
dormiuit. Interim serpens aduenit:
et vulnus suxit. Expergefactus ille:
serpentem excussit. Et licet territus
fuisset propter uenenū: magnū tā
mor sensit remediū. Suasum est ei
ut denuo in eodem loco, predicto mō
colubro copiam sugendi daret: forte
sanitatem omnino reciperet. Quod
ita factum est. Sanissimus uero effec
tus, in tantū a serpente cepit diligi:
ut uir in aliquo loco dormire posset,
quin ad eius lectum ueniret. Cuius
consortiū homo abhorrens, prouin
ciam mutauit: interimq; per annū
fere dimiduū illum non uidit. Reuer
sum denuo serpens sequitur: et cum
non posset intrare ubi ille cubabat,
mane ante ostiū repertus est. Suasū
est ei ut monstrū occideret. Respondē
te illo, curatorem meū non occidam:
tandem importunitate serpentis ex
asperatus, occidit illum. Sicq; ab eo
liberatus est. Quantū serpentes hōiēs
parcant, duobus tibi pandam mira
culis. De matrona flandrensi que

cebuit serpentem bibit et in partu illū
effudit. .lxxi.

Matrona quedam in flandria sicut nup
audiui a wigero monacho uilarien
si cum infantem peperisset: circa illi
us corpusculū serpens maximus se cō
plicauerat. De quo cum disputatum
fuisset, quomodo foret sine periculo in
fantis abstrahendus: consilio cuiusdā
gladius super eum positus est. Ad cui
frigiditatem coluber territus se exer
it: et ab infante cecidit. Qui baptiza
tus: paucos superuixit dies. In orbita
eundem serpentem matrona fertur
bibisse. Item de muliere qui dormiēti
serpens p os ingressus est et in pru
dente egressus. .lxxii.

Simile pene contigit in diocesi trauectensi
in uilla dulce. Nutrix alardi nouicii
nostri sicut ipse michi retulit, cū qua
dam die iuxta alueola apum dormi
ret: ingens serpens per os uentrem
illius intrauit. Adueniente eius ma
rito ut dormientem excitaret: uidit
caudam ad mensuram digiti eiusdē
serpentis adhuc superesse. Quem cū
retrahere non posset: illa euigilauit
dicens. Valde incōmode soporata sum
Et noluit ei maritus indicare quod
acciderat: ne ex ipso timore moreretur.
Erat eiusdem uicina partui. Cui a matre
consilio nutri lac et dulcia quecq; mi
nistrabantur: ut serpens eisdem po
tatus quiesceret. In hora uero partus:
mulier cum infante serpentem effudit.
Quem cum iur extracto gladio exper
tasset, et ille sicut est naturaliter pru
dens ad feminā rediret: predecupatus
eius itinerib; occisus est. Si ōia recitare

uellem que meis temporibus miraculose
id est contra solutum nature cursu fiã
sunt: ante me tempus deficeret qm̃ co
pia dicendorũ. Interim ista teneas. Thys
delectaris; quia ad ea que magis utilio
ra sunt festino. Quia scriptum est de
deo. memento tote mirabiliũ eius que
fecit: horũ que dicta sunt redde mur
dicentes cũ propheta. Tu es deus qui
facis mirabilia solus. Non nobis dñe
non nobis: sed nomini tuo da gloriã
Nomen patris xpis est: per quẽ facta
sũt omnia. Cui cũ eodem patre et spũ
sancto honor sit et imperiũ: per omnia
secula seculorũ. Amen. Explicit decima
distinctio de miraculis.

Incipiunt capitula undecime distinctionis in qua tractandum est de morientibus. .j.

Quid sit mors et vnde dicatur. et
de quatuor generibus morientiũ.

De morte meneri sacerdotis .ij.
de claustro. .iij.

De morte yslenbardi sacriste eusdẽ cenobii.

De morte sighen monachi. .iiij. .v.

De morte adolescentis laici cum quo an
geli cum moreretur loquebantur. .vi.

De oberto conuerso qui mortens celestẽ
audiuit armoniam. .vii.

De conuerso cero qui audiuit angelos
officia exequiarũ complere. .viii.

De morte fratris hildebrandi cui aiam
in specie pueri speciosi conuersus candida
torum deferebat. .ix.

De conuerso mortuo circa cuius corpus
frater wernerus candelas stare uidit.

De morte herwia prioris. .x.

De morte meingozi conuersi qui ad .xi.
mandatũ giselberti abbatis reuixit. .xii.

Item de morte gozberti conuersi qui reu
uiscens uisa reuelauit. .xiii.

De finali contricione sacerdotis quandoq;
nigri monachi existentis. .xiiii.

De rudingero monacho cui beatus dauid
finem suũ predixit. .xv.

De morte gerungi conuersi quem hostes
nigri et vulcures morientem obseruabant.

De morte conuersi super quem .xvi.
residebant corui cũ agonizaret qui a co
lumba expulsi sunt. .xvii.

De morte konoms de malebergh mona
chi in claustro. .xviii.

De morte ludolphi monachi de porta.

De morte alardi monachi de .xix.
lucka cui xpis cũ uirge et scis moriẽ appuit.

De milite occiso qui ad mutea .xx.
nomen diuini nominis saluatus est.

De frisone qui sine sacramẽtis .xxi.
obiit. satis a filio monitus. .xxii.

Item de frisone occiso qui ante mortem
omnia sacramenta suscepit. .xxiii.

De wigero milite qui a sarracenis occisus

De theoderico de rulant .xxiiii. est
qui orans ad sepulchrũ domini ut morere
tur precibus obtinuit. .xxv.

De morte monachi de oelburgh qui ui
uere recusauit propter inordinatũ abbatẽ.

De abbate qui in bauuaria .xxvi.
incendio suffocatus post mortẽ miracula fe

De morte inclusi de scõ .xxvii. at
maximini in colonia. .xxviii.

De morte clemencie sancti monialis
puelle circa cuius corpus inuenti sunt
nouem circuli ferrei. .xxix.

Item de osilia leodiensis que circulis
ferreis se ligauerat.